



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

33 Lusori bigamóve sacer non traditur ordo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

C. XVII. PALEA.

[Item Hieronymus ad Nepotianum de Vita
clericorum, & aliis.]

Hospitium et tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant: ¶ Quia non potest ex toto corde cum Deo habitare, qui foeminarum accessibus copulatur. ¶ Foemina conscientiam secum pariter habitantis exsirit. ¶ Nunquam de formis mulierum disputat. ¶ Foemina nomen tuum noverint: et vultum neſciant. ¶ Foemina, quam bene videris conversantem, mente dilige, non corporali frequentia s. ¶ Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere.

¶ [Hospitium] Caput hoc habetur in multis manuscriptis, & sine Palea nomine. Est autem collectus ex variis B. Hieronymi locis, in quibus de vita mulierum conjecturidine agitur.

¶ Non potest] In epistola ad Oceanum, qua non putatur esse B. Hieronymi legata. Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

¶ Foemina] Ibidem paulo superius, fiammigero igne percutit foemina conscientiam pariter habitantis, exurit que fundamenta mentium.

¶ Noverint] Antea legebatur, foemina nomen tuum neſciant. Emendatum est ex aliquo manuscripto, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.

¶ Frequentia] In epistola ad Oceanum est, frequentes omniā.

C. XVIII. Presbyter uxorem suam quasi sororem diligat & quasi hostem fugiat.

Item Gregorius in dialogo, lib. 4, cap. 2.

¶ Presbyter b quidam sibi commissari regebat ecclesiam cum magno timore Domini, qui ex tempore accepti ordinis presbyteram suam ut forem diliqens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere non sinebat, camque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscondit.

C. XIX. Vidua, vel seniores, presbitera appellantur.

Presbyteram vero quam debeatim acceperit, Laodicense concilium, c. 11. ostendit dicens.

Mulieres i, que apud Gracos presbyteras appellantur, apud nos vidua, seniores, univeræ, & matricularia appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitutas non debere.

¶ Mulieres] Sicut hanc Priscia verso Gracie. ¶ 28. idem. ¶ 29. idem. ¶ 30. idem. ¶ 31. idem. ¶ 32. idem. ¶ 33. idem. ¶ 34. idem. Quod non oporteat eas, quae presbyteras, vel praesidentes dicuntur, in ecclesia collati, que est Domini verso, præterquam in ultime verbis. Ille enim habet, ecclesiis ordinari. Et videndum est Balsamon ad eum locum.

DISTINCTIO XXXIII.

Ecce, quid in sacra ordinibus constituti uxores habent, non possunt, vel si legamus aliquo fuerint inventi, ad sacra ordines ascendi non valent. Seca queritur, si quis præter uxores concubinatus habuerit, utrum in sacerdotes promoveri valeret? Tali a facie ordinibus autoritate canonicum Apostolorum prohibetur: in quibus cap. 17. sic statuuntur.

C. I. Secundu[m] nuptiis post baptismum copulatus, aut concubinam habens, ad sacram ordinem conseruare non valeret.

Si quis e post acceptum baptismum secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri d[icitur] episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut

a. I. epist. ad Oceanum. Ibid. In epist. ad Nepotianum propositum. Terci. ad Rust. In epist. ad Ocean. L. contra lovin. b. Pann. b. 11. c. Ans. lib. 1. c. 2. d. I. epist. ad Oceanum. e. al. iiii.

prosperus eorum, qui ministerio i sacro deserviunt.

¶ [Ministerio] Grace: τὸν γέγονόν τοῦ εργατηκέντεον, qui sunt in catalogo fæcerotali.

Deservientes sacro ministerio, intelliguntur subdiaconi, qui calam diaconi offerunt. Et acolyti, qui cum cereo diaconos præcedunt, unde & versorci dicuntur: qui etiam venum, & aquam præparandæ calix subministrant. Concubina intelligenda est preter uxorem, ut iste sit sensu captiuit: [Se qui post acceptum sacram baptismum secundi nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam duxerit:] defingendum est, antequam uxorem duxerit, sive post mortem uxori.

C. II. Duxarum Matronarum maritus post baptismum, clericis non ordinatur.

Unde B. Gregorius s. ait.

Meritum a duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum, neque eum qui unam quidem, sed concubinam, non matronam habuit, nec illum, qui viduam aut repudiatam, vel meretricem in matrimonium aſtupferit: nec eum, qui semetipsum quo liber corporis sui membro indignatione aliqua, vel iusto, vel injusto timore superatus, truncaverit: nec illum, qui usuras accepisse convincitur, aut in scena lusifice diſgneſſit: nec eum, qui publica penitentia mortaliter crimina deflexit: nec illum, qui in furiam aliquando versus insinavit, vel afflitione diaboli vexatus est: neque eum, qui per ambitionem ad imitationem Simonis Magi, d[icitur] pecuniam obtulerit: e.

¶ [Gregorius] Hoc caput sumptum est ex cap. 72. titelle de ecclesiastis dogmatibus, qui inter opera B. Augusti editi, atque ex eo ab aliis saſſim ab ipso Gratiano citatur. A Triennio autem adscribitur Alcuino, aliud Iſidor. Sed plures, & majoris autoritatis Gennadio tribuunt, ut Valfredus. Strabo lib. de Reg. eccl. cap. 20. Petrus Lombardus sentent. 2. dist. 8. S. Thosmas quodlib. 12. art. 10. Platina in Symmacho, & aliis.

C. III. Arrestiti, vel epileptici facies: alacribus non manifestent.

Item Pius Papa.

¶ **C**ommuniter f[acili] diffiniuntur, ut nullus de iis, qui in terram arrepti demonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferruntur, vel facris audeant altaris ministrare, vel indeſeuſe se ingrant faciemēntis divinis, exceptis illis, qui corporis incompatibilitibus deduci, sine hujusmodi passionibus in terram probantur elisi: qui tamen et ipsi tamdiu erunt ab officiis sui ordinis, & loco ſupensi, quousque: unius anni aſtrio per discretionem episcopi inveniantur ab incuria damonum liberati: g.

C. IV. De evidenti.

Item Nicolaus Papa.

Cletici h[abent] qui in adolescentia a demonibus cognoscunt obfessi, ad superioriē facri regimini gradum ascendere non poſſunt.

¶ Simile quidam nobis in cincilio Arayſica. c. 16. Ivo cito[n] Nicolaum Alavium lezani archiep[iscopo], ad quem etiam fortasse scribiunt c. quaternam, l. dis. 34.

C. V. De eodem.

Item Gelasius Papa: epif. ad sonversos episcopos

per Luciamam constitutos, c. 22.

Visque i adeo sane compertimus illicita quaque prout p[ro]rumpe, ut demonibus, similibusque passionibus, in certis ministeria sacrosancta trahere tribuantur. Qui-

a. Anselmo. lib. 7. cap. 22. al. 26. Ivo part. 8. cap. 295. Polyc. lib. 2. c. 31. b. defecit. l. orig. c. al. pro ordinatione. d. Ador. 2. e. effort. l. orig. f. Burchard. lib. 3. cap. 72. Ivo part. 2. cap. 121. Polyc. lib. 4. tit. 31. g. alien. j. catari collector. h. Ivo part. 1. cap. 104. i. Burchard. lib. 2. cap. 20. Polyc. lib. 3. tit. 9. cap. 14. Ivo part. 2. cap. 38. k. part. 6. cap. 49.

bus si in hoc opere positis, aliquid propria necessitatibus occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humanae, tanta prospexit calmitate vexari? Atque ideo necessariò removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremò, si corpore faecatum fortassis, aut debiliter nequaquam sancta contingere lex & divina permisit, quanto magis doni ecclesiis dispensatores esse non convenient (quod est dexterius) caen-
te perculios?

C. VI. ¶ Qui tempore baptizini uxores habent, si postea reteguntur, vixerint, clerici fieri non
probentur.

Item Innocentius Papa L. Felici episcopo Nu-
cerino, epif. 4. c. 4.

³ **L**aici b. qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic ps. 1. se instituerunt, ut opinio eorum in nullo, vacillet, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, adhaerint, si non concubinam, non pellicem noverint, si in omnibus bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujusmodi ad clericatus fortem assimi.

4. pars. Ceterum ante susceptionem sacram ordinem quosdam legimus concubinam habuisse, quos tamen sacri canones non recipiunt, si post sacram ordinem ab eius commissione se esse immaculatos custodiunt.

C. VII. ¶ De quodam episcopo, qui ante sui
episcopatus apicem concubinam
habuit.

Unde Gregorius Andrea Tarentino episcops,
lib. 2. epif. 4. five c. 3.

Habuisse e. te concubinam manifesta veritate com-
perimus i. de qua etiam contraria est quibdam na-
ta sumpcio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non
debet esse iudicium, hoc tuta conscientia eligimus com-
mittendum. Quia de re, si in sacro ordine constitutus e-
jus te permissione esse recolus maculatum, haec doctio ho-
nore deposito, ad ministrandum nullo modo presumas
accedere, sciturus in anima tua periculo d. remilitare,
& Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si hu-
jus sceleris confusus in eo, quo es ordine, celans verita-
tem permanere volueris.

1. ¶ Comperimus] Sequebatur, & te illius criminis
participationem habere, que verba sunt etiam in editione
per Bonifacium & Gregorium Frumentaria. Verum sicuta sunt, quoniam
obstant & aliis editiōibus & a ceteris collectiōibus, & a Ioanne
diacono, lib. 3. num. 43. vita eiusdem Gregorii, omninoq. sententiam
perturbant.

DISTINCTIO XXXIV.

Domesticarum quoq. personarum immoderata familiariatem episcopum vitare oportet.

C. I. ¶ Etiam consanguinarum immoderata familiariatem episcopum vi-
tare oportet.

Unde Nicolaus Papa ad Albinum & Archi-
episcopum.

Qvorundam f. relatione fidelium, & nostris auribus
intimatum est, quod Lanfredus episcopus, qui &
juvenis esse dicitur, venatione sit deditus: quod vitium
plurimos etiam de clericali catalogo, genere dunatax
Germanos, & Gallos irreverenter implicat. Verum-
itte (si ita est, ut audiuvimus) meritò juvenis dicitur, qui
juvenilebus desideriis occupatus, nulla g. gravitate con-
stringitur &c. Nam (ut beatus dicit Hieronymus h.) ve-

a. Levit. 21. b. Ansel. lib. 7. cap. 29. al. 34. Ivo part. 6. cap. 95.
Pamorm. lib. 3. cap. 45. c. Burchard. lib. 1. cap. 150. Ivo part. 5.
cap. 310. Polyc. lib. 4. tit. 39. d. al. periculum. e. al. Albinum.
f. Ivo part. 5. cap. 313. g. nulla solum gravitate.] Ivo. h. ad
cap. 5. Micheas, & in Psal. 90.

natorem nunquam legimus sanctum & infā. Nihilominus autem de hoc episcopo relatum est apostolani nostro, quod cum quadam filia sua immoderata tem-
at familiaritatem, & ob id mala fama ei orta sit: pro
qua re à sanctitate tria, ceterisque coepiscopis suis com-
monitus atque corruptus est, sed nullatenus emendata:
qua res in hoc maximè dispergit, & magis, ac magis de-
terioriē de serredit opinione, in quo beatitudini
& ceterorum coepiscoporum suorum rationibus
non obedit, & per inobedientiam in culpam protoplati
relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale
cum episcopis, & suffraganeis tuis convocare concilium,
& hunc salutariis eloquies episcopum convenire, atque
illi pastorali auctoritate praepare, quatenus ab omnibus
beatitudinum vel volucrum venatione penitus alieni
exitat; atque ab immoderata filie sua familiaritate
semel opusino cōcēdat. Quod si parere contempnēat,
et tam pro venationis declinatione, quam pro inmoder-
ata filie sua conversatione vitanda vobis admonentibus
obedire disfluerit, à vestro collegio excommunicatus
abscedat. Quod si in hoc centumax adhuc appar-
erit, à ministerio cessare debet.

C. II. PALEA.

[Ex concilio 1. Aurelianensi III.]
Episcopum a. presbyterum, aut diaconum canes a
venandū accepit, aut hujusmodi res habe-
non licet. Quod si quis talium perforarum in hac
luprate b. sapientia detentus fuerit; si episcopus est, tribu-
menibus à communione 2. suspendat; diaconus w
rō ab omni officio, & communione suspendatur.

1. ¶ Aurelianensi 1. Hac Palea etiam in decretalibus tis
cleric. ven. cap. 1. citatur ex concilio Aurelianensi, & in canonis
ex cap. 8. Sed in Aurelianensis, que extant, non est inventum
Burchardus, & Ivo part. 6. cap. 288. citant ex Meldenisi. Eadem 29
sententia est in Agathensi, cap. 55. (quod etiam citat Ivo p. 5. c. 30
& p. 13. c. 30.) & in Epamensi, cap. 3.

2. ¶ A communione] In decretalibus legitur à communi-
one, si presbyter, duobus, si diaconus, ab omni officio
suspendatur. Apud Burchardum est, se à communione
suspendat, presbyter duobus; diaconus vero ab omni
officio, & à communione suspendatur: neg. multo alter
pud Ivonem, part. 6. & in concilio Epamensi. In Agathensi auto-
& apud Ivonem parts. 3. Se à communione suspendat; pre-
byter duobus mensibus se abstineat; diaconus vero
omni officio, & à communione cestabit. Verum ap-
eundem Ivonem, part. 13. ex concilio item Agathensi hoc modi
girat: sed à communione abstineat, d. presbyter duobus
mensibus se abstineat, diaconus vero ab omni officio
vel communione cestabit.

C. III. PALEA.

Omnibus & servis Dei venationes, & sylvaticas v
gationes f. cum canibus, & ut accipitres, aut falco
nes habeant, interdicimus.

¶ Hac etiam Palea habebit cod. tit. de cleric. ven. cap. 2.
ex eodem concilio Aurelianensi citatur, quemadmodum & ap
Burchardus, & Ivonem. Sententia istud pene verbo est
synodo Francia sub Zacharia Papa, qui & conciliorum tomis
inserta, & habent lib. 3. capitular. cap. 2. & manucripta vno
inter epistolas Zacharia in codice sp̄ memorato monasterii Dic-
niciorum.

Concubina autem hic ea intelligitur, que cestabit
galibus instrumentis unita est, & conjugali affectu &

a. Extra de cleric. ven. cap. 1. Burchard. libro 2. cap. 2.
Ivo part. 5. cap. 306. & pari. 6. cap. 288. & part. 13. cap. 4.
Pamorm. lib. 3. cap. 45. c. Burchard. lib. 1. cap. 150. Ivo part. 5.
cap. 310. Polyc. lib. 4. tit. 39. d. al. periculum. e. al. Albinum.
f. Ivo part. 5. cap. 313. g. nulla solum gravitate.] Ivo part. 6. cap. 307. f.
fatigationem.